

LI.

III

De intelligentia hanc locutionis deus factus est homo. de^o est homo. an his locutionibus dicat de^o fact^o esse aliquid. vel esse aliquid. vel noⁿ esse aliquid.

DI. VI

Quod premissis autem emergit questio plurimum continens utilitatis. In primis difficultatis atque perplexitatis. Quod enim consistit ex predictis et alijs pluribus testimonijs omnino catholici unanimiter fateant deum factum esse hominem. et christum verum deum esse. et verum hominem querit an his locutionibus de^o fact^o est homo filius dei fact^o est filius hominis. de^o est homo. et homo est de^o. dicat de^o factus esse aliquid. vel esse aliquid. vel aliquid dicat esse de^o. et an ita conueniat dici homo factus esse deus. et filius hominis factus esse filius dei. sicut e converso dicitur et ex his locutionibus non dicitur deus fact^o esse aliquid. vel esse aliquid. Que sit intelligentia hanc locutionis et similium. In huius profunditate relevatione et scrupulose questionis expositione plurimum differre inveniunt sapientes.

In huiusmodi expositione differre sapientes.

Quorundam sententiam refert.

Alij enim dicunt in

ipsa incarnatione hominem quendam ex aia rationali et humane carne constitutum. Ex quibus duobus ois verus homo constituitur. et ille homo cepit esse de^o. non quidem natura dei. sed persona verbi dei. cepit esse homo ille. Quod dicitur etiam hominem illum assumptum a verbo et unitum verbo et tunc esse christum. et ea ratione tradit dicitur esse deum factum hominem vel esse hominem. quia deus factus est. et cepit esse quedam suba ex aia rationali et humana carne subsistens. et illa suba facta est. et cepit esse de^o. non tamen demigratione nature in naturam. sed virtusque nature fuata proprietate factus est. et de^o esset illa suba. et illa substantia esset deus. Tunc vere dicitur de^o fact^o est homo. et homo factus est deus. et deus est homo. et homo deus. et filius dei filius hominis et e converso. Quod dicitur illi homines ex anima rationali et humana carne subsistere. non tamen fatent ex duabus naturis esse compositum divinam scilicet et humana. nec illi partes esse duas naturas. sed animam tamen et carnem.

Quod auctoritates ponit quibus muniunt suam sententiam.

Et ne de suo sensu

tamen loqui putent. hanc sententiam pluribus muniunt

testimonijs. At enim Augustinus in libro de tri. et u. legitur christus caro factus est. in verbo intelligo verum dei filium. in carne agnosco verum hominem filium. et utrumque simul unam personam dei et hominem ineffabilis gratie largitate coniunctum. Idem in enchiridion. Huiusmodi iustus deus de deo est homo autem naturalis est deus spiritus sancto ex maria virgine. Utraqque suba divina et humana filius est unicus dei patris omnipotentis. de quo procedit spiritus sanctus utrumque unum. sed aliud propter christum. et aliud propter hominem. non duo filij de^o. et homo. sed unum dei filius. Deus sine initio. homo a certo initio. Idem in eodem. Quid natura humana in christo hominem meruit ut in unitate persone unicus filij dei singulariter assumpta esset. Que bona voluntas. que bona opera precesserunt. quibus mereret iste homo unam fieri personam cum deo. Huiusmodi quid antea fuit homo. et huiusmodi ei singulariter beneficii prestitum est ut singulariter premeret deum. Semper ex quo homo esse cepit. non aliud cepit esse homo quam dei filius et huiusmodi unicus. et propterea dei christus. quod est ab illo suscepta caro. facta est utrumque de^o. ut que admodum unam est personam quilibet homo anima. et rationalis et caro. ita sit christus una persona verbi et homo. Idem super Job. Agnoscam geminam subam christi divinam. si qua equalis est patri. et humana qua minor est parte. utrumque autem simul non duo. sed unum est christus. ne sit quaternitas non trinitas de^o. Ac pro hoc christus est de^o. anima rationalis et caro. Idem quod in libro de predestinatione sanctorum. Ille homo verus a verbo patri coeterno in unitate persone assumptus filius dei unigenitus. et tamen hoc meruit. quod bonum ei precessit. ut ad hanc ineffabilem excellentiam perveniret. Faciente ac suscipiente deo christo. ipse homo ex quo esse cepit filius dei esse cepit. Item homo quicumque ita gratia sit christus. sicut gratia homo ille ab initio factus est christus. Idem in libro. et tri. et u. Gratia dei nobis in homine christo commendat. Quia nec ipse ut tanta unitate deo vero coniunctus. una cum illo persona filius dei fieret. nullis est precedentibus meritis. assecutus. sed ex quo homo esse cepit. ex illo est de^o. Tamen dicitur est. verbum caro factus est. Hylarius in libro. et u. de tri. ait. Huiusmodi non ambigimus esse deum verbum. neque rursus filium hominis ex anima et corpore constituisse ignoramus. Huiusmodi alijsque auctoribus videntur. qui hominem quendam ex anima rationali et carne compositum dicitur deum factum. sed gratia. non natura. Sola enim gratia habuit ille homo. non meritis vel natura. ut esset deus siue dei filius. ut habere omnem scientiam et potentiam quam habet christus. cum quo est una persona. Nec tamen in superioribus legitur quod homo ille sit una persona cum christo et sit ipsum christum. sed etiam quod anima rationalis et caro eadem persona sit. et christus sit. et deus.

Aug.

Hylarius